

- recipiendum? *GN.* cogita modo: tu hercle cū illa,
 Phaedria,
 ut lubenter vivis (etenim bene lubenter victitas),
 45 quod des paillumst et necessest multum accipere Thaidem. 1075
 ut tuo amori suppeditare possit sine sumptu tuo ad
 omnia haec, magis opportunu' nec magis ex usu tuo
 nemost. principio et habet quod det et dat nemo largius.
 fatuos est, insulsu' tardu', stertit noctes et dies:
 50 neque istum metuas nē amet mulier: facile pellas ubi velis. 1080
CH. quid agimus? *GN.* praeterea hoc etiam, quod ego
 vel primum puto,
 accipit homo nemo meliu' prorsu' neque prolixius.
CH. mirum nī illoc homine quoquo pacto opust. *PH.*
 idem ego arbitror.
GN. recte facitis. unum etiam hoc vos oro, ut mē in vo-
 strum gregem
 55 recipiati': sati' diu hoc iam saxum vorso. *PH.* recipimus. 1085
CH. ac lubenter. *GN.* at ego prō istoc, Phaedria et tu
 Chaerea,
 hunc comedendum vobis propino et deridendum. *CH.*
 placet.
PH. dignus est. *GN.* Thraso, ubi vis accede. *TH.* ob-
 secro te, quid agimus?
GN. quid? isti te ignorabant: postquam is mores ostendi tuos